





XXXV.

85

VOTIVI APPLAUSUS,  
Quibus  
AMPLISS. DOCTISS. SPECTATISS. &  
VIRO, DOMINO  
**LAURENTIO VVALTERO,**  
ab Elector. Sax. præfecturâ  
GOMMERENSI  
Ad TORGENSEM vocato  
QVAESTORI  
Amici & Fautores gratulantur  
IX. KAL. MAII, Anno Christ. epochæ  

---

M DC XXXV.



157836. Autograph. V. A. F.  
I PR, cm. coramibus p[ro]p[ter]e  
G[ra]m[maria] p[er]cepta est. 157836.  
sp[ecie] p[ro]p[ter]e  
- K[on]f[ig]uratio[n]e l[et]teris. 157836.  
- t[er]minis. 157836.  
V[er]balis. 157836.

157836. Autograph. V. A. F.  
I PR, cm. coramibus p[ro]p[ter]e  
G[ra]m[maria] p[er]cepta est. 157836.  
sp[ecie] p[ro]p[ter]e  
- K[on]f[ig]uratio[n]e l[et]teris. 157836.  
- t[er]minis. 157836.  
V[er]balis. 157836.

157836. Autograph. V. A. F.

157836. Autograph. V. A. F.

E revocat Princeps, VV AL-  
TER, cui cognita fides  
Dexteritasq; tua est: gaudet  
ab hoc misera  
Rustica gens, reliqui simul & læ-  
tantur amici,  
Teq; suum lætis, excipiunt  
manibus:

Veni ergo faustis avibus, J U S Dicere, perge,  
Atq; juvare bonos, plectere contra malos.

Sic Carus Domino, sic eris quoq; Carus amicis,  
Et bona fama solo, Gloria eritq; polo.

Dn. Compatri, Amoris honoris & boni omnis  
ergo F,  
Philip: Adam, J. U. D.

  
**G**OMMERIÆ fines quod tu, CHRISTO auspice, linquis,  
Atque urbis TORGÆmania clara petis,  
Gaudeo, fortunamq; imo de pectore talem  
Gratulor, atq; tibi prospera cuncta precor,  
Provida Vis DOMINI casu te seruet in omni,  
Sive domi detur vivere, sive foris.  
Cumq; Tu A multo stradue feliciter annos,  
Et nostri semper vive valeq; memor.

M. Isaac Gregorij, Reipublicæ Ser-  
vestanæ Consul,

A 2

Lau

LAURENTIUS VVALTERIUS DE-  
SIGNATUS QUÆSTOR TORGÆNSIS,  
CAESAREÆ MAJESTATIS NOTARIUS  
PUBLICUS.

Arayegumuatodis.

DIGNUS ES QUÆSTURA TORGÆNSI; CARUS  
ES JEHOVÆ ET ELECTORI; LAUS TANTUM TRAN-  
SITURA; PLEBI SATIS SUAVIS.

**Q**uid mea Musa novi nūc gratullare Patrono?  
Respondet: Novi; Concelebrabo Virum,  
Concelebrabo Virum insignem, pietatis a-  
mantem,

Iustitiae lumen, mellifluumq; decus.  
Artis amore cluis, Cluis impiger ipse labore,  
Semper amicitiæ pars pretiosa meæ.

ES DIGNUS QUÆSTOR; QUÆSTU-  
RA; DIGNVS imò, inquam,  
TORGÆNSI; IOVÆ CARVS, & Ensifero,  
Duci ELECTORI gratus, (gravitate verendâ  
Pollet;) ad officium te vocat ille novum.

NVM TVA LAVS igitur tam splendida  
TRANSITURA?

Nunquam, credemiki, TRANSIT, & usq;  
manet,

Ab,

*Ab, PLEBI SATIS ES dulcis, fatis obē  
SUAVIS*

*Erga Pastores; diligis atq; Scholas.  
Perge pio Cursu doctis prodeesse Camænis,  
Et te LAUdabit Candida posteritas;  
Curtis hisce metris Fautor, Congrator, honori,  
Annosi & lætos Nestoris opto dies.  
Sæpius omen inest votis; ô faxit, ut insit;  
Faxit adorandus CHRISTUS JESUS  
Amen.*

*In signum perpetuæ observantiae venandi que  
favoris ulterioris ergo ex intimo intimi cor-  
dis scrutinio taliter gratulatur*

*M. JOHANNES RICCIUS, LEU-  
copetraâ Misnicus, Ecclesiæ CHRISTI in  
GLINDAVV & RANIES (Diœcœsi  
Gommeranâ Electorali) Pastor.*

*ANNO  
Eho! VVaLetherVs qVæstor noster abilit, ô IesV, Da nobis  
aLIVM.*

*R Eddita plus recreant, quām non amissa, pla-  
centque  
Assiduè percepta minùs, quām sæpe petita.  
A 3 Quod*

Quod reditu Waltere probas, præsentia cuius  
Grata fuit quondam, at reditus gratissimus, Ergo  
Ingridere auspiciis lætis, jussosque capesse  
Quæsturæ, quos Saxo- Pater tibi mandat, honores.  
Applaudunt Musæ reduci, gratantur & ista  
Officii magmenta tibi, cultusque patentur  
Votitia obstrictæ tabulâ, quam carmine signant:  
WALTERI Quæstura Deo, patriæq; parenti  
Serviat, atque pios patriæ florescat in usus,  
Chara Deo, Musis, patriæ, patriæque parenti.

Dn. Compatri gratul.

M. JOACH. Meißner Scholæ  
Torgæ Rect.

  
**S**alvus ades, **VV**ALTERE, redux cum con-  
juge, natis;  
Salve pars nostrinon in honora chori.  
Quod Tibi prædixit tenui de furfure vates,  
Illi effectum Lux hodierna videt.  
Dum Tibi TORGÆNSIS Quæsturæ denuò cre-  
dit ELECTOR, Patriæ, sceptra regenda, Pater.

Macræ

*Macte vir egregiae & preclaro munere fama!  
Publica consiliis perge juvare tuis.  
Nec Te durities vulgi, vis nulla potentum,  
Commoveant animum nulla pericla tuum.  
Sic igitur tanti mensuram nominis implens  
Gratus eris que DEO, gratus eris q̄ homini.*

*Dn. Fautorī & amico colendo gratu-  
latur*

*M. Abrahamus VVunschaldus, Schol.  
Torgens. Patriæ Corrector.*

**O** Deus omnipotens vivā qui voce vocari  
Atque cupis precibus votivis sollicitari!  
Non vercor resonare tibi de pectore toto  
Grates, qui sólo moderaris sidera nutu,  
Quod jam VValterum duxti hūc patris instar amandum;  
Quem Parnassiacis Pallas nutrit in antris  
Et docto à teneris aluerunt lacte Cāmānæ,  
O Deus omnisator, quām sunt tua plurima dona,  
Quæ bēnefacta soles illis, qui luce, fruuntur  
Vitali, præstare Pater noctesque diesque,  
Insuper accedit, quod cum quem pectore puro  
Diligo, pēnnatis pueris huc sis comitatus,  
Duxeris incolumemque Scholæ quo tecta videre  
Torgensis salvus posset; jam Quæstor amicæ

*Salve*

Salve vel decies mihi dulcisonisque Camænis,  
Quam volupe est grato mea lumina pascere vultu;  
Gratior hoc toto quo non mihi vivit in orbe,  
Expue tristitiam, nunc nunc exporrige frontem  
Jam mecum gaudie, atque Deo persolvere grates,  
Ne dubita, quid pro meritis præconia laudis  
Jam cessas resonare Deo? cui magna potestas.  
Vos Musæ, in quarum castris mihi militat ætas,  
Plaudite voce manu, depromite jubila læta  
Vos Charites jucunda novo date jubila plausu  
Et celebrate Deum, cantate per omnia secula,  
A subitis magnisque malis custodiat ille,  
Qui bene templa tenet solus flammantia cœli,  
Te non tristitia vexat corditrahus angor,  
Jam vale Laurenti Tithonia secula vive.

Dn. Fautori gratul.

M. Martinus Enige, Schol.  
Torg. Sub-Rect,

**Q**uid Virtus valeat, valeat dextrumque regendi  
Judicium, exemplo Compater Ipse probas.  
Hec Te Quæstorem Torgam comitando reducunt  
Fato, & Fautorcm MUSICA nostra vocat.  
Gratulor ergo novo Tibi nunc de munere, mecum  
Gratatur gaudens docta Caterva CHORI  
Fidus in Officio, pietatis & artis amator  
Sic, ac Laurenti nomen & omen habe.

Sic

*Sic Justus cunctis, bona laudans & mala puni,  
Tunc dabit hic, illuc præmia digna Deus.*

*Hic*

*Dn. Compatrem suum honorandum animo,  
gratul. excipere voluit*

**Johannes Frölich / Scholæ  
Torg. Cantor.**

**O**b discessum sollicitos vis reddere amicos  
Lætos nunc reditu, Quæstor amande, tuo.  
Aggregere officium, in quod te Deus ipse lo-  
cavit,

Laurenti, hocq; Deo ritè volente, gere.  
Invideat quicunq; volet; magis ast ego lætor,  
Cum mihi sis Charus, Tì quoque charus ego.

Hoc tua nam probitas & mens erecta meretur,  
In cuius nullus corpore fastus inest.

Mitis es & facilis, nec non tractabilis illis;  
Quos alit Aonidum Thespiaenumq; chorus.  
Quod restat, grator, simul addo sequentia vota,  
Ut Deus inceptam prosperet ipse viam.  
Excipient salvum celebris te mœnia Torgæ,  
Exceptum foveant tempora longa, precor.

*Dn. Fautor*

*F.*

**HEINRICUS Messerschmidt Scho-  
lae Torgens. Collega.**

*B*

*Pallida*

**P**allida mors ROSII veluti mærorere replevit  
Cunctos, quēis illo res fuit acta diu:  
Sic contra exhilarat, mærorern omnemq; re-  
pellit,  
**VVALTERE**, adventus, vir venerande,  
tuus.

Quare tristitiae metam nunc pono, & iisdem  
Adventum ob gratum sum quoq; latus ego:  
Ac tibi ad officium, quod non sudore carebit  
Ex animis opto cunctigerentis opem.

gratulab. animo  
appol.

**ANDREAS Ehemann**, SS. Theol.  
Stud. & Schol. pat. Colleg.

**Q**uesturæ Spartam Torgensis, WALTER,  
Jovæ,  
Auspiciis tibi Dux Ensifer, ecce, dedit.  
Hanc tua multarum præclara scientia rerum,  
Et dudum virtus cognita promeruit.  
Quid nos? WALTERO tantos grātamūr ho-  
nores,

Atque omnes junctim vota precesq; e damus;

Cor-

Corporis atq; animi vires det Jova vigentes?  
Hinc etenim Sophiae munera cuncta fluunt.  
Hoc tibi perpetuo sufflentur Carbasa vento:  
Hoc Duce proveniant prospera quæque tibi,  
Illiis auxilio sic debita ritè ministres  
Munia, quæ tali sunt obeunda Viro.  
Vive, Vige, atque Fave Templique Scholæque mi-  
nistris,  
Te rursum foveat Jova favore suo.

Ad testand. observant.  
Clariss. Dn. Fautoris  
gratulabatur

Johannes VVildius, Scholæ  
Patriæ Collega.

F I N I S.



Colloquies ad sciam litterarum et linguis  
Hinc recensit sapientissima et eruditissima Anna  
Hoc est libellus de rebus quae sunt apud  
Hoc dico breviae sententiae apud  
Hinc usum officiorum et operum regis ministrorum  
Ave Virgo sancte piae Trinitatis gloriosa et exulta  
Tertium folium Iosias fabri mei  
Cognoscere te potest  
Gloria et laetitia  
Iosephus VVilniensis Scholaris  
Habita Collage  
.2117



Cl 1926




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich  
Buchbindemeister  
Merseburg a. S.


VDA



# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White Black



LAUSUS,  
SPECTATISS. 2.  
TINO  
VALTERO,  
ræfecturâ  
NSI  
EM vocato  
PRI  
gratulantur  
no Christ. epochæ  
XXV.

85